

D. JO. FRID. MAYER,

Suo

ADAMO IOACH. EKHARDI,

PARCHIM MEKLENB.

S. P. D.

DDORSCHÆI, Summorum in Eccle-
siam meritorum Theologi, dum disser-
tationem auro contra pretiosiore[m] de
ORDINATIONE MINISTRO-
RUM ECCLESIAE, ab interitu asserere, illam-
que adversus doctissimos Antagonistas, ex Cathe-
dra mecum defendere, in animo habes, *Dilectis-
sime Ekhardi*, non possum non, publico testimo-
nio tuum confirmare institutum. Hoc enim uni-
cum ad laudum tuarum cumulum restabat, qui,
quoad apud nos vixisti, ita vixisti, ut & pietatis &
diligentiæ exemplum, virtutes tuas, celebrante uni-
verso Patrum Academiae Ordine, commilitonibus
dares. Serves amabo hunc animum, & metam,
quam Tibi proposuisti, opinione tua citius tenebis.
Id quod pro singulari meo in Te studio & auguror
& animitus voveo. Vale, *Fili dilectissime*, divinæ
gratiæ multum commendatus. *Scribebam in Mu-
seo d. 19. Novembr. Anno 1707.*

Coll. diss. A. 74, misc. 61